



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. xvij. Qualiter Domina nostra impetrauit ei gratiam qua fuit ei data altera fides maior quàm humana; taliter quod visum est ei quod fides quam prius habebat, erat mortua in comparatione illius ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

Quintumdecimū ca. xvij. passus. 39
Decimum septimum capitulum xvij.
passus. Qualiter domina nostra impetrauit ei gratiam qua fuit ei data altera fides maior quam humana, taliter quod visum est ei quod fides quam prius habebat erat mortua in comparatione illius secunda de nouo sibi concessa.

DECIMO septimo post ista demonstratum est mihi, quod beata virgo acquisiuit mihi gratiam, per quam dedit mihi aliam fidem, quam humanam, quia videbatur mihi, quod vsque ad idem tempus fuisset fides mea quasi mortua in cōparatione ad illam, quam impetrauit mihi: & videbatur mihi quòd lacrymæ meæ quas ante habueram, fuissent quasi per vim, in comparatione ad illas quas postea habui: postea enim dolui de passione Christi, & de dolore matris efficacius, & tūc quicquid faciebam quantumcunque esset magnū, videbatur mihi parum esse, & habebam voluntatem faciendi maiorem pœnitentiam.

40 *Decimum septimū ca. xvij. passus*
tiam, & tunc inclusi cor meum in
passione Christi, & data est mihi
spes quod in ipsa poteram libera-
ri. Et hīc incoepi habere consola-
tionem per somnia, & habebam
pulchra somnia, & dabatur mihi
consolatio in eis, & coepit mihi
dari dulcedo, & consolatio de
Deo intus in corde, & extra in cor-
pore, continuè vigilianti & dor-
mienti. Sed quia adhuc non sen-
tiebam certitudinem, adhuc erat
admixta amaritudo, nec quiesce-
bat cor meum, sed desiderabam
habere aliud à Deo.

Octauus decimus & ultimus gradus.

*Qualiter ex tunc scilicet, à receptio-
ne illius magna fidei à Domina
nostra ibi impetrat & incoepit habere
sentimenta Dei, taliter quod non
poterat moueri ab oratione nec die-
bus neque noctibus & valuisset non
comedere nec discedere ab oratione.*

OCTAVO decimo cōsequen-
ter incoepi habere sentimen-
ta Dei & habebam tantam dele-
ctationem in oratione quod non